Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xix. Ad vrinae difficultatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

perlues, atque pabulo cyminum miſcebis. garum præſente cane decoques. delectatur namque eius odore. præbeto cani de omni frumentorum genere, donec ad ſaturitatem expleas.

Ad tußim canis.

CAnis ſi tuſſi laboret, accipe morticiniũ animalis, vt equi, aut cuiuſuis etiam id genus, & quam chelidoniam dicunt; terito vna cum lacte caprino, ac cani vt bibat dato, atque breui morbo ſuo liberabitur.

Ad inflammationem ventris aut inflationem.

PArum aceti illi exhibeto, & extemplo dolorem ſiſtes.

Ad ſanguineum mictum.

SI minxerit ſanguinem canis, lentem eum primum in lacte coques, & coriandri ſuccum, & piperis grana xxv. & olei communis ſextariolum vnum, & aliam heminam lentis cum lacte coque & olei vncijs duabus; atque in vnum redige; quibus deinde canem perungito.

Ad vrinæ difficultatem.

PAnem lacte caprino madidum, interdiu vt edat, bis dato.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN